

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5743

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Évreux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1143

**Lieu d'émission :** Beaumont-le-Roger

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Rotrou, évêque d'Évreux, confirme à l'abbaye du Bec la donation faite par Roger de Tosny à Acquigny et en d'autres lieux du diocèse d'Évreux, la donation de deux parts des dîmes de Champagne et de Chanteloup faite par « Moardus » de Champagne et la donation faite par Richard de Rumilly, fils de Guillaume de Rumilly au Plessis-Mahiet.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Combalbert Grégory, *Actes des évêques d'Évreux (XIe siècle-1223)*, à paraître sur E-Cartae(lien à venir)

Texte établi d'après a

Rotrodus Dei gratia Ebroicensis episcopus, universis ecclesie fidelibus salutem in Domino. Expedire credimus, ut beneficia locis religiosis a fidelibus collata episcoporum in quorum dyoc[esi]s sita sunt, auctoritate roborentur [..]erorum malicia facta predecessorum p[....][co]nfirmari. Inde est quod intu[.....]lis et sincere religionis quas [.....] [m]onasterio vigere cogno[.....] [i]n dyocesi nostra id[e]m m[.....]bus patrum[.....] noscitur possedisse et nostris temporibus adepta noscitur possidere, sub protectione nostra et successorum nostrorum suscipimus tuenda, specialiter vero confirmamus et in tutionem et pro[tec]tionem Ebroicensis Ecclesie suscipimus eaque Rogerius de Toeni eidem monasterio dedit, [con]cessit et confirmavit apud Achigneium et in aliis locis dyocesis nostre, sicut in cartis suis co[n]tine[ur]tur ; et quod Moardus de Campaniis [eid]em monasterio contulit, scilicet duas partes decimarum de Campaniis et de Cantelou ; [et] quod Ricardus de Rumilleio, filius Will[elmi] de [R]umilleio, ad luminare et ornamentum ecclesie Becci in perpetuam elemosinam dedit et, carta sua quam inspeximus, confirmavit, [vid]elicet quicquid idem Ricardus de Rumilleio in villa et parrochia de Plasseto Mahiel habebat in terris, redditibus, serviciis et in omnibus re[b]us, sine exceptione aliqua et diminutione, cujus Ricardi donum Rogerus de Toeni dominus suus, ad preces nostras, concessit et confirmavit, et, pro salute anime sue et heredum suorum, de omnibus que ad ipsum pertinebant et heredes suos quietum ac liberum in perpetuum fecit. Hujus autem confirmationis nostre tenorem auctoritate scripti presentis [et] sigilli nostri patrocinio d[i]gnum duximus [com]munire presentibus et testibus Osberto deca[no] [.] et pluribus aliis, tam [cleri]cis quam laicis. Apud Bellum Montem, anno incarnationis dominice millesimo centesimo quadrage[si]mo tercio. Hanc confirmationem [nostr]am [qui]cum[que] in posterum in [da]mpnum Beccensis [ec]c[lesi]e infirmare attemp[t]aver[i]t vel violencia turbaverit, reus sacrilegii [a]nathemati subjaceat donec resi[pu]erit. Valet in Domino.